

extum hoc in loco describit, interim innuens viam il-
lam rectorum non carere sua fatigatio, presertim
infirmis, iuxta illud Evangelii, Matth. 6 : *Arcia est via
qua duci ad vitam.* Altera declivis est et facilius, que
tendit ad inferos, et omnibus obvia. Sed *semita vite*
non omnes ducit ad gradum superiorum, ut est in He-
breo, sed *prudentes* solum. Alii suam jacent, seu sa-
pientiam seu intelligentiam; nostro Salomon sapien-
tissimo summa et rara prudencia est, *tenere semitan
vitam, qua tendit sursum, et declinare facit ab inferis.*
Alii, ut dixi, per viam virtutum volunt prudentes viros
facilius ad honorem pervenire et ad longavam vitam,
h. e., declinare a sepolcro, facilius, inquam, exteris,
et hoc esse premium prudentie.

VERS. 25.—DOMUM SUPERBORUM DEMOLIETUR DOMINUS,
ET FIRMIOS FACIET TERMINOS VIDUA. *Dens superbis resistit,*
humilium dat gratiam. Vidua desolata et derelicta nihil
est humilius; et proinde peculiariter viduarum judex
et vindic est Deus, quarum non solum reliqua bona
servat, sed etiam extremos agnorum terminos tuctur.
Si *Dominus ades superborum destruet*, quid integrum
illis relinquet? Ad terrorum superborum et potentium,
ad consolacionem verò humilium, scriptum est à Sa-
piente. Et bene respondet prius versculo, ut possimus
distingue inter gradum superiorum sapientis viri, et elatione
sive fastu superborum. Pro, *demolietur*, veri
potest, *extirpare soleat Dominus domum;* ut sit sensus:
Nudum relinquet ex familiâ superborum; ex familiâ verò
viduarum, h. e., humilium, stabilit etiam infimos et pro-
stremos. Et haec est melior expositione.

VERS. 26.—ABOMINATIO DOMINI COGITATIONES MALE,
ET PURES SERMO FULCHERRIMUS FIRMITATUR AB EO. Alter:
Abominationes Domini cogitationes male, et mu-
ndorum sermones jucundi, pulchri (vel puri) sunt sermo-
nes decoris. Quid est quod *exscrutatur* et *abominatur*
Dominus? *Cogitationes mali hominis*, ex quibus omni-
mal prouenient. Et quid est *jucundum et pulchrum* in
oculis Domini? *Sermones casti et nitidi*, qui optimis
ratio cogitationis sunt indicia, q. d. Ubi males sunt
cogitationes, neque verba pulchra neque facta honesta
possunt esse. Ceterum, si *verba sunt pura*, hoc est,
uti tantum absunt à vitiis ut *ne nominetur quidem,*
sicut decet sanctos, Ephes. 5, ibi *puritas magna est et*
deca, hoc enim significat, que vox *fulcherinus*
redditur ab interprete. Potest ad bonos et malos docto-
res referri, quorum hi, cim cogitationes et studia re-
ferunt ad malam doctrinam, execrables sunt; illorum
verò sermo purus ab omni scoria, decorsus est, iuxta
illud, Isa. 52: *Quām speciosi pedes evangelizantum bona,*
annuntiantum pacem! Proverbium significat, non so-
lum factorum sed verborum etiam et cogitationum red-
endum esse rationem.

VERS. 27.—CONTURBAT DOMUM SUAM QUI SECTATOR
AVARITIAM: QUI AUTEM ODT MUNERA, VIVET (1). Hebr. :

(1) Jude vel magistratus, qui se corrumpti immuni-
bus sint, conturbat domum suam, in quam maledicta
Dei et hominum provocat; eamdemque confusum et
turbatum experietur. Familiaris est Salomon hac lo-
catione: *Erit in conturbatione, ut ingens aliquod malum*
significet. Ut Hebrews solemus est, nonen pacis de-

Qui avarice sectatur avaritiam. Hebrewi eos qui ex rapina
vivunt intelligunt; qui aliquando reprehensi penas
lidunt et multantur cum confusione domesticorum et
subversione totius familiae. Id enim frequenter usu-
nit judicibus per avaritiam corruptis et rectum judi-
cium subvertentibus, in ruinam multarum domorum;
quibus aliquando remetetur eadem mensura. Cate-
rūm iudex qui *odit munera*, neque ullum pretio immen-
suum perdit, dignus est qui diutissime vivat. Mihi v.
detur ex superiori versiculo pendere, et contra malos
pastores vel concionatores proferri, qui *ad majori ad
minorem omnes avaritiam studentes*, Jerem. 6, suas sub-
vertunt Ecclesias. Ceterum qui *odit munera*, h. e., qui
non temporalis luci causa gregem Christi pascunt,
semitam vita sequuntur, et, ut vii digni sunt, ita
multos ad vitam edificant. Alter: Perpetua fama vi-
vet in his quos per bonam doctrinam vivere docuit; ut
vita familiæ respondeat *perturbationi* familiæ. Mira dis-
pensatio! Apud imperitum volgos nihil magis stabi-
lire potest domum et familiam quām opus et dīvītia,
sed longè alia est sententia Sapientiæ.

VERS. 28.—MENS JUSTI MEDITABITUR OBEDIENTIAM (1),
OS IMPIORUM REDUNDAT MALIS. Alter: *Cor justi medita-*
bitur ad respondentem, sed os impiorum loqueretur mala,
vel abundabit mala. Varia significatio hujus verbi (2)
reddit ambiguum versiōnēm; significat enim respon-
dere, humilitate et negotiari. Juxta primam significati-
onem, *cordatum sermonem commendat justorum, loqua-*
citatem verò malorum reprehendit, qui modum ponere
nesciunt; metaphorā tractat à fluminibus aut fontibus,
qui nunquam desinunt scaturire. Duplex nomine suam
stabilitudinem ostendunt, cum neque bene loqui neque ta-
care queant. Justorum verò *premeditata sunt verba,* et
mansuetudinem sive humilitatem sonant, juxta secun-
dam verbi significatiōnēm. Juxta tertiam verò, quā
cum sui patre sequitur D. Kinh, erit sensus: *Cor*
justi meditatur loqui cum negotio et rerum pondere,
*non sine fructu verba efficiuntur, ut respondent priori veri-
sculo, ubi dictum est: Verba rectorum cum decoro et*
amazitate rerum, ut aliquid utile proferant. Nam de
omni verbo otiōso reddent rationem homines, Matth. 12.

VERS. 29.—LONGE EST DOMINUS AB IMPIS, ET ORA-
QUELIBET FORTUNARUM GENERE USPARURE, ITA ET CONTURBA-
TUS EST ILLIS TOTA MALORUM HUJUS VITÆ CONGERIES. Monet
ubique Scriptura iudices, ut ari cupiditatem abiciant;
eos dannat qui numeris accepint, quos et maledictis
insectatur. Idem erat veterum sapientum dogma.

PER MISERICORDIAM ET FIDEM FURTANTUR PECCATA;
vel, ut alibi dicere solet, *per misericordiam et veritatem*, que nomine significatur fides, sinceritas, æquitas et
promissi prestans integritas; que, si jungantur mi-
sericordia, mansuetudinem, clementiam, lenitatem, largitio
nibus, peccatum expiat. Nihil est aptius ad prome-
rendam Dei clementiam, quam clementem se mitemque
erga participes nature exhibere. His versus in Hebreo
desideratur, legitur tamen modo apud Septuagintam.
Illum legebat in suis codicibus S. Cyriacus. Offer-
tus capite 16, post vers. 5 in Vulgata, minime verò
apud Septuaginta. Ipsissimum est cum vers. 6 ejusdem
capitis 16, ubi legitur in Hebreo et in Vulgata.
(Calmef.)

(1) Fidem, Septuag.; ad respondentem, Hebr.; quod
magis sequentibus congruit, ut sapientes nec temer-
respondentes à loquacibus secernantur. (Bossuet.)

TIONES JUSTORUM EXAUDIET. Duos priores versiculos de
judicibus bonis et malis, sive jurisconsultis, qui judi-
cia bona vel statuant vel subverunt, bene intelligit
Athen Ezra, atqui illis hunc tertium quasi coronidem
subnectit, utrumque dignam mercedem continentem:
Justi judices, qui ad querelas oppressorum aures pre-
bere solent, similem gratiam à Domino viceissim conse-
quentur; ab auxilio verò impiorum, et ab oratione eorum
longè recedit Dominus, iuxta illud, infra, 28: *Qui*
obtutus aures non audiat legem, oratio illius erit esse
exacerbabilis. Alter: *Quām longissime est Deus à cordibus*
*impiorum, quorum ora mali defusa et scaturient ser-
monibus!* et benipic exaudit orationes justorum, qui me-
ditantur omnibus modis corda habere humilitatem. Alter:
Longè est Dominus ab oratione impiorum, quasi pra-
distantia non possit audire; sed orationem justorum
audit; nam prop̄ est Dominus omnibus invocantibus
eum in veritate. Alter, proverbium significat, bonus
habere premium in hac vītā, et improbus supplicium;
gravissimum est enim Dei presentia care. Ceterum
Deum sic habere benignum ut quicquid petieris statim
impetrēs, felicitatis est infinita.

VERS. 30.—LUX OCULORUM LETIFICAT ANIMAM; FAMA
BONA IMPINGUAT OSSA. Si externis rebus que sensus ob-
lectant animae quoque vires recreantur, et si quis oculis
lux percipitur ad preceordia descendit, et bona fama,
que per auriculas ingreditur, medullam ossium et san-
itatem corporis augeat, quod etiam physica ratione ver-
rum esse constat; quantu magis Christus, lux ei sol
hujus mundi, qui tandem post secula multa exortus
est sedentibus in tenebris et umbris mortis, Isa. 9, et qui
visus et conversatus est cum hominibus tandem creden-
tium corda leta effectit! et optima fama que de illo
per orbem seminata fuit impinguit ossa humiliata, h.
e., vires collapsas instauravit, penetrans ad intima
cordis et anima. Sed haec secundum allegorian. Tro-
picē per lumen oculorum fidem intelligimus, quād cora
purgata leta efficiuntur; per ossa, virtutis constantiam.
Juxta sensum historicum proverbium significat, in-
primis referre quid videamus, vel quid audiamus; nam
ea que per hos duos sensus percipiuntur maximum
habeant momentum ad virtutes et vices.

VERS. 31.—AURIS QUA AUDIT INCREPATIONES VITÆ.

CAPUT XVI.

1. *Hominis est animam preparare; et Domini, gubernare linguam.*
2. *Omnis via hominis patent oculis ejus: spirituum ponderator est Dominus.*
3. *Revela Domino opera tua, et dirigentur cogitationes tue.*
4. *Universa propter semetipsum operatus est Dominus; impium quoque ad diem malum.*
5. *Abominatio Domini est omnis arrogans; etiam manus ad manum fuerit, non est innocens.*
6. *Initium via bona, facere justitiam; accepta est autem apud Deum magis, quam immolare hostias.*
7. *Misericordia et veritate redimunt iniquitas; et in timore Domini declinatur a malo.*

CHAPITRE XVI

1. *C'est à l'homme à préparer son âme, et au Seigneur à gouverner sa langue.*
2. *Toutes les voies de l'homme sont exposées à ses yeux, mais le Seigneur pese les esprits.*
3. *Exposez vos œuvres au Seigneur, et il fera réussir vos pensées.*
4. *Le Seigneur a tout fait pour lui, et le méchant même pour le jour mauvais.*
5. *Tout homme insolent est en abomination au Seigneur, et lors même qu'il a les mains l'une dans l'autre il n'est point innocent.*
6. *Le commencement de la bonne voie est de faire la justice, et elle est plus agréable à Dieu que l'immoderation des hosties.*
7. *L'iniquité sera rachetée par la miséricorde et par la vérité, mais on évite le mal par la crainte du Seigneur.*

* Le verset n'est pas dans l'hébreu, ni dans les Sentante.

7. Cum placuerint Domino vias hominis, inimicos quoque ejus converterit ad pacem.
 8. Melius est parvum cum justitia, quam multi fructus cum iniuritate.
 9. Cor hominis disponit viam suam; sed Domini est dirigere gressus ejus.
 10. Divinatio in labiis regis; in iudicio non errabit os ejus.
 11. Pondus et statera iudicia Domini sunt; et opera ejus, omnes lapides saceruli.
 12. Abominabiles regi qui agunt impium, quoniam iustitia firmatur solium.
 13. Voluptas regum labia justa; qui recta loquitur, diligetur.
 14. Indignatio regis, muntii mortis; et vir sapiens placabit eam.
 15. In hilaritate vultus regis, vita; et clementia ejus quasi imber serotonis.
 16. Posside sapientiam, quia auro melior est; et acquire prudentiam, quia pretiosior est argento.
 17. Semita iustum declinat mala; custos animae sua servat viam suam.
 18. Contritione precedit superbia, et ante ruinam exaltatur spiritus.
 19. Melius est humiliari cum mitibus, quam dividere spuma cum superbris.
 20. Eruditus in verbo reperiet bona; et qui sperat in Domino, beatus est.
 21. Qui sapiens est corde, appellabitur prudens; et qui dulcis eloquio, majora percipiet.
 22. Fons vite, eruditio possidentis; doctrina stultorum, futilitas.
 23. Cor sapientis erudit os ejus; et fabilius ejus ad dedit gratiam.
 24. Favus mellis, composita verba, dulcede animae, sanitas ossium.
 25. Est via que videtur homini recta, et novissima ejus ducunt ad mortem.
 26. Anima laborantis laborat sibi, quia compulit eum os suum.
 27. Vir impius fudit malum, et in labiis ejus ignis ardescit.
 28. Homo perversus suscitat litas; et verbosus se-pareretur.
 29. Vir iniquus lactat amicum suum, et ducit eum per viam non bonam.
 30. Qui attoniti oculis cogitat prava, mordens labia sua perficit malum.
 31. Corona dignitatis senectus, que in viis iustitiae reperiatur.
 32. Melior est patiens viro forti, et qui dominatur animo suo, expugnator urbium.
 33. Sortes mittuntur in sinum, sed a Domino tem-peraturentur.

COMMENTARIUM.

VERS. 4. — HOMINIS EST ANIMAM PREPARARE, ET DOMINI GUBERNARE LINGUAM (1). Alter: *Hominis ordinatio lingua*.

(1) Et postea, vers. 9: *Cor hominis disponit viam suam, sed Domini est dirigere gressus ejus.* Priorum

1072

7. Lorsque Dieu agréera les voies de l'homme, il régnera à la paix ses ennemis mêmes.
 8. Peu, avec la justice, vaut mieux que de grands biens avec l'injustice.
 9. Le cœur de l'homme prépare sa voie, mais c'est au Seigneur à conduire ses pas.
 10. Les lèvres du roi sont comme un oracle; sa bouche ne se trompera point dans les jugements.
 11. Les jugements du Seigneur sont pesés à la balance, et toutes ses œuvres sont comme les pierres de sa sac.
 12. Ceux qui agissent injustement sont abominables au roi, parceque la justice est l'affermissement du trône.
 13. Les lèvres justes sont les délices des rois; celui qui parle dans l'équité sera aimé d'eux.
 14. La colère du roi est un avant-coureur de mort; mais l'homme sage l'apaisera.
 15. Le regard favorable du roi donne la vie, et sa clémence est comme les pluies de l'arrière-saison.
 16. Possédez la sagesse, parce qu'elle est meilleure que l'or, et acquérez la prudence, parce qu'elle est plus précieuse que l'argent.
 17. Le sentier des justes s'écarte des maux, et celui qui garde son âme se tient dans sa voie.
 18. L'orgueil précède la ruine de l'âme, et l'esprit s'élève avant la chute.
 19. Il vaut mieux être humilié avec les humbles que de partager les dépouilles avec les superbes.
 20. Celui qui est habile dans les choses qu'il entreprend, y réussira; mais celui qui espère dans le Seigneur, sera vraiment heureux.
 21. Celui qui a la sagesse dans le cœur, sera appelé prudent; mais celui qui est doux dans ses paroles, recevra de plus grandes louanges.
 22. L'intelligence de celui qui possède ce qu'il sait, est une source de vie; la science des insensés est une folie.
 23. Le cœur du sage instruira sa bouche, et il répandra une nouvelle grâce sur ses lèvres.
 24. Le discours agréable est un rayon de miel, la douceur de l'âme et la santé des os.
 25. Il y a une voie qui paraît droite à l'homme, dont la fin néanmoins conduit à la mort.
 26. L'âme de celui qui travaille, travaille pour sa propre vie, parce que sa bouche l'y contraint.
 27. Le méchant creuse pour y trouver le mal, et il a sur les lèvres un feu brûlant.
 28. L'homme corrompu excite des querelles; et le grand-père divise les princesses.
 29. L'homme injuste attire son ami par ses flatteries; et il le conduit par une voie qui n'est pas bonne.
 30. Celui qui pense à de moins descens avec un œil fixe, exécute le mal; en se mordant les lèvres.
 31. La vieillesse est une couronne d'honneur, lorsqu'elle se trouve dans la voie de la justice.
 32. L'homme patient ayant mieux que le courage; et celui qui est maître de son esprit, vaut mieux que celui qui force les villes.
 33. Les hillets du sort se jettent dans un pan de la robe; mais c'est le Seigneur qui en dispose.

COMMENTARIUM.

aut preparations cordis, et a Domino responsiones lingue. (2) disponere, ordinare, et aciem instruere sententiam olim Catholicis objecterunt Pelagiani, docero ex eis volentes inchoationem boni operis ad he-

significat. Sunt qui putant proverbiū indicare quod vulgo dicuntur: *Homo proponit, Deus disponit.* Sapientis hoc in loco gratiam Dei cum libero hominis arbitrio conjungit. Nam *hominis est*, h. e., vires sunt homini, sive à Deo accepti vires homo, *ordinandi et disponendi apud se cogitationes suas*, quid dicturus sit; *sed bene profundi facetas et loquendi aliquid ad laudem Dei vel utilitatem proximi, à Domino est*, *et quia omni datum optimum et omne donum perfectum descendit*, Iac. 1. Sed cum Paulus dicit, 2 Cor. 5: *Non sufficienes sumus cogitare aliquid a nobis tantum à nobis*, observandum est Sapientia non dicens: *Hominis est digni cogitare*; sed: *Dispositiones quedam qualescumque cordis ad hominem spectant*, ne dicamus cum hereticis, Deum non aliter ab humani voluntate, quam opifex aliquis instrumento ferreo aut ligneo solvit. Alter, si guifil Proverbiorum esse doctam habere orationem, et proferre cum gratia auditorum, quod Demosthenes primum, secundum et tertium dixit esse in oratore, *quam excoquire cum ingenio quo sunt dictenda*. Alter, si concionatores refutant, quorum est animum preparare per orationem, et *Domini gubernare linguam*, per quam sanam doctrinam administrent. Beda videtur per interrogacionem legere, et contrarium elicere sensum; q. d.: *Cum Domini sit lingua et responsione gubernare, quanto magis est non hominis sed Domini gubernare cogitationes sunt*? Sunt qui putant Salomonem loqui in primâ clause juxta opinionem hominum, q. d.: *Homo potest se posse bene disponere cogitationes suas, sed tantum abest ut hoc faciat, ut ne lingua quidem possit gubernare, neque respondere, sine Domino*. Et hinc postrema expositione, que et optimâ est, bene quadrat quod sequitur.

VIRS. 2. — OMNES VIE HOMINUM PATENT OCULIS (1); SPIRITUM PONDERATOR EST DOMINUS. Alter:

minum pertinet, sine auctorito gracie Dei; consummationem vero ejusdem operis ad Deum, humanam infirmationem adiuvantem. Respondet illi Augustinus lib. 2 contra duas eorum Epistolatas, cap. 8, et explicat hoc modo: Ideo scriptum est: *Homines estis aperiti os, sed non sine gratia eum cuius est dicit: Domini labia mea, etc.* Deus autem implet illius se opere humano, et homo animal preparat ad aliquam boni diem diendum vel faciendum, licet non sine Dei auctorito, sed illius operis, vel sermonis certa et intialibus directo ad somnum Deum pertinet. Et hoc est, quod etiam vulgo dicitur: *Homo proponit, sed Deus disponit.* (Estius.)

(1) Id est, sepe homines sua peccata non animadverunt; Deus autem animadverit, ut ait de se de divis Paulus, 1 Cor. 4, 4: *Nihil nisi conscient sum, sed non in hoc justificatus sum.* Simile est quod scribitur infra, vers. 25: *Est via que videtur homini recta; novissima autem ejus ducunt ad mortem.* Potest et aliis esse sensus, ut illi genitivus ejus, non referatur ad eundem hominem, sed generaliter ad hominem, quasi dicere: Non quicunque videtur hominibus justus esse, apud Deum justus est. Homo enim videt ea que parent, Dominus autem intutus cor. Et Rom. 4, 2: *Si Abraham*

*Omnes vie viri mundi in oculis suis. Ambiguum facit sensum relativum in oculis suis, aut ejus; nam vel ad hominem potest referri in oculis suis, q. d.: Feri sibi blandiuntur homines in oculis suis, cum non sint viae eorum mundae apud Dominum; vel: Omnes vie viri mundi et innocentes sunt accepta in oculis ejus qui preparat (sive disponit) spiritus. Quamvis hominis sunt dispositiones cordis, ut dictum est, tamen *Domini est spiritus et cogitationes bene dirigere*, ut omnes viae viri sunt mundi in respectu Domini; alioquin enim non viri, sed sicut au canes sunt in interiori homine. Petet ad superiora versiculus. Monendum sic disponere cogitationes ut illius oculis non sint odiosae; et putemus nos cogitationes quidem latere Deum, quem nihil latet; immo omnes viae viri mundi sunt in oculis ejus, qui dirigunt spiritus et cogitationes ut pura sint. Ab aliis vero avertit oculos, aliorum vias non dignatur intueri.*

VERS. 3. — REVELA DOMINO OPERA TUA, ET DIRIGE COGITATIONES TUE (1). Juxta nostrum interpretem hortatur Sapientia ne velimus aliquid ex nostris operibus ex operibus legis (id est, externis, quae ab hominibus videntur) habet gloriam; sed non apud Deum. (Maldonatus.)

Universitas viarum viri, id est, quidquid quis instituit agitque, pura est in oculis suis, id est, purum rectumque ipsi videtur. Similiter supra, 14, 12: Est via recta coram viro, et 12, 15: Via stolidi recta in ipsius oculis. Unde simili constat alienum esse, quod Aben Ezra refert, ut hic versus collaret cum superiori, hoc sensu: Omnes viae viri puri sunt coram eo, videlicet Deo, cuius, versus 1, facta erat mentio, contra indolem harum sententiarum, ubi singula proprium sum aliquid sensum, et in quibus plerisque per antithesam diversa invicem communitur. Ita et hoc versu, cum disisset sumus cuique agendi modum rectum videtur, subjicit: Sed qui ponderat spiritus est Ioseph, ac adeo ille solus novit, quid rectum fit. Homines sibi adulantur, et omnia sibi de se praeclara persuadunt, que tamen sepe minime probantur Deo, utpote qui intimos mentis humanæ recessus exploratos habet, atque sum bona, an vero mala ratione adducti hoc vel illud aggredi instituerimus, perspectum habet. C. B. Michaelis sensum putavit hunc esse: Deus solus novit, quid verum homini expediat. Unde sequitur, ut in rebus gerendis non tam nostrum iudicium sequatur, sed ut Deum respiciamus, a cuius directione omnia nostra pendunt. Verum id hebreas dicere, nobis haudquaque persuadere possumus. (Rosemannus.)

(1) *Revela Domino opera tua*, non manifestando illi aliquid, quod ignorat, quia hoc est impossibile, sed querendo ab eo auxilium et consilium in operibus suis: *Et dirigere cogitationes tue ad bonum effectum.* (Lyranus.)

Cette sentence offre un remède contre l'effroi que donne la précédente. Si vous voulez que votre cœur, sur la disposition duquel vous serez juge, soit pur devant Dieu, exposez toutes vos œuvres, ou à lui-même dans la prière, ou à ceux qui vous conduisent en sa place dans les conseils que vous leur demanderez, afin de ne rien faire que par son esprit. Ainsi votre crainte deviendra le fondement de votre confiance, parce qu'elle est la marque d'une foi humble, à laquelle Dieu a promis sa grâce; et il redressera, ou par la lumière qu'il vous donnera lui-même, ou par celle de ceux qui il vous a soumis, ce qu'il y aura d'oblique et de moins droit dans vos intentions et dans vos désirs, selon cette parole de David: *Découvrez votre voie au Seigneur et espérez en lui, et il agira lui-même dans vous.* (Sacy.)

bus Dominum latere, sed talia facere quia illius conspectus non erubescant, vel interim ingenuo confiteri, si quod peccatum commitimus, ut in multis offendimus omnes. **Vt volvere vel revolvere apud Hebrews significat**, et notum fac ab aliquibus exponitur. **Volare ad Dominum opera est** Dominus acceptum referre si quid recte fiat à nobis, ut novam mereamur gratiam, quā cogitationes utimque disposite confirmetur et stabiliantur in bono, ut in dies proptimes simus ad bona opera. Aliter : **Volare ad Dominum omnia opera tua**; q. d. : Ad honorem Domini omnia referri, illi agendo gratias de omnibus bonis et malis. Si bona de manu Domini accipimus, mala autem quare non sustineamus? Job. 2. Et cogitationes, hoc est, postulata et desideria tua confirmabit; impenitables que postulas.

Vers. 4. — **UNIVERSA PROPTER SEMISETIMPUS OPERATUS EST DOMINUS, IMPUO QUOCO AD DIEM MALUM (1).** Quamvis in Hebreo nisi pronomen reciprocum seipsum, sed propter ipsum, tamen melius est referre propter se ad Dominum; q. d. : Propter honestatem suam fecit omnia, juxta illud Augustini de Doctrinā christianā, *quia bonus est Deus, sumus; et in quantum sumus, boni sumus*. Aliquot sunt qui sicut vertit : **Universa propter ipsum operatus est Deus;** et referunt ad virum innocentem et mundum; q. d. : Propter justos fecit omnia, ut confirmet quod dictum est, *Deum confirante cogitationes eorum qui omnia opera sua revolutum ad eum*. Et *etiam impium, scilicet adducere ad diem malum propter justos, ne nocteat illis*. Aliter : **Propter gloriam suam fecit omnia, etiam impium ad diem malum adducere propter gloriam suam, juxta illud, Rom. 9: Quod si Deo volens ostendere iram et notam facere potenteriam suam, sustinuit in multa patientia vas irae, apta in interitum, etc.** Aliter, *impium ad diem malum*, hoc est, diem afflictionis populi sui, ut per impium suum populum castiget et puniat Deus, unde scribitur : *Vnde Assur, virga furoris mei, et baculus ipse in manu coram indignatio mea*, Isa. 10. Omnia igitur propter electos. Utraque expositione est bona; prior est melior.

Vers. 5. — **ABOMINATIO DOMINI EST OMNIS ARROGANS : ETIAMI MANUS AD MANUM FURERIT, NON ERIT INNOVANS (2).** Aliter : **Abominatio Domini omnis superbus;**

(1) *Sensus non est malus, si propter semisempitum intelligas, non quod opus quoquam Deus habeat, sed ut proprietas suas nota faciat, et impium non fieri tales ad Deo (abst. hoc), sed fieri sive poni ad mala. Verum melior erit hec interpretatione : Singula Deus facit (id est, ordinat) ad id quod singulis comedit. Etiam impius ad diem calamitosum (supposi ordinatus à Deo).* Nam **722** inter alia, ut et vox respondenti Latina, significat *aversorū* (*edem serie locari*), sic Ecles. 10, 19, **722** est compensat. Neque sane alter sumpsere hunc locum Septuaginta : *Omnia opera Dei cum justitia ; servatur autem impius ad diem malum.* (Grotius.)

(2) *Etiamsi multos habeat simul conspurantes, et se juvantes, non erit impunitus. Vide dicta supra, cap. 11, n. 21, ubi eadem fere sententia.*

In iunctum. Graecē est ἀρρεν, quod optimis verbis, preicipuum, summa, ut significetur viam bonam penitus consistere in faciendo que justa sunt; nam facere iustitiam non tantum est initium viae bona, sed etiam ejus consummatio. (Menochius.)

mox non erit innocens. Cum Dominus omnia fecerit propter hominem, illius non agnoscere honestatem, sed per superbiam aliquem honorem Deo debitum, tanquam auctori omnium, sibi arrogare, intolerabilis est arroganta, quam Dominus usque adeo execratur ut dī non possit esse impunita, quanvis innocentes videantur hominibus aliquando qui contra Deum superbiunt, non exteriore habitu, sed corde et opinione, iuxta illud, Gen. 5: *Eritis tanquam dii; Isa. 14: Ascendam in aquilonem, et ero similis Altissimo. Manus ad manum, hoc est, subiō, vet facili; nihil enim facilis aut celerius faciens quam manu plicamus manus.* Aliter : *Cum manus Domini juncta fuerit manus impii, qui superbit contra Dominum invenientur reus; vel : Si opus Domini confrater cum operibus impiorum, statim apparet illius impietas et arroganta.*

Vers. 6. — **MISERICORDIA ET VERITATE REDIMITUR INQUITAS, ET IN TIMORE DOMINI DECLINAVIT A MALO.** Hebr. : **Per misericordiam et veritatem exhibetur iniquitas;** et per timorem Domini declinatur à mali. Per misericordiam et veritatem opera charitatis intelligimus, quis in veritate sunt facta, hoc est, in fide et religione veræ, vel in fide, hoc est, in pura conscientia: nam quod non est ex fide peccatum est, Rom. 14. Qui misericordiam exercet, misericordiam assequetur. Beati misericordes, quoniam misericordiam consequentur, Matth. 5, et non venient ad diem malum cum impio, cuius timor potissimum ratio est declinatur à mali, memoria videlicet illius dii. *Recordare novissima, et in aeternum non peccabis.* Aliter : **Propter misericordiam et veritatem, quam faciet homo, et propter timorem Dei,** qui est in corde illius, et *cum declinaverit ab omni mali, erit ei remissio iniquitatem priorum*; q. d. : Si es peccator, commisisti iniquitatem, exerce opera pietatis in veritate, et remittetur tibi; si non commisisti iniquitatem, time Deum, quia possis declinare à mali. Docet proverbium non esse desperandum, ne arragnari quidem, qui est abominatio Domini. Et opera misericordie commendatur.

Vers. 7. — **CUM PLACERENT DOMINO VLE HOMINIS, IIMICOS QUOCO EUNIS CONVERTET AD PACEM (1).** Additur cum illo in Hebreo. Inimicitias et odia inter sece exercent homines quod Dei non querant amorem, q. d. : Fieri non potest ut fideles inter se sint amici qui Deum ut oportet non amant. Si Deum amamus, inter nos amicitia facile coibit. Aliter : Quia non est nostre potestatis quid alii faciant, si Deo vitam nostram commendare studeamus, hostes non poterunt nobis nocere, sed pacem nobissemus liberenter amplectentur, cum videant se non posse prevalere contra eos qui Deum amant. Docet proverbium quod Apostolorum temporibus et martyrum impletum est in Ecclesiā, cuius hostes et persecutores tandem pacem amplexi sunt. Si per hostes potentias animo sensitivas

(1) *Cum placerent Domino. Sic quia placerunt Deo via Danielis et trium puerorum, inimicos quoque eorum, regesque qui eos in ignem, vel bestias miserunt, convertit ad pacem aliquę amicitiam:* Beda. *Sic Iosepho, sic Jeremie, sic aliis contigit.* (Bossuet.)

intelligamus, que nobis facile consentient et amici cum ratione jugent ubi consuetudines honestas et Deo dignas amplexi sumus, erit moralis sensus paulo abstrusior, et aliquid ex Evangelio referri videbitur, nempe : *Esto consipientes cum adversario tuo, etc.* Matth. 5.

Vers. 8. — **MELIUS EST PARUM CUM JUSTITIA, QUAM MULTI FRUCTUS CUM INQUITATE (1).** Hebr. : *Absque justitia nullus est modicum cum justitia, hoc est, cum plus operibus et elemosynis, quam multitudine fructus sive, ut est in Hebreo, preventum absque iudicio, hoc est, inquitate et rapina collectorum; non enim proderunt divites in die ire, nisi ex illis fiat justitia et opera misericordia, quibus inquitates rediutor, ut modo locutum est.*

(1) Hebr. : *Quād multi prouentus absque iudicio.* judicium Hebrei sapienter significat iugitatim, unde noster sicut Septuaginta recte vertit cum inquitate. Sic enim habent Septuaginta, et ex his S. Hieronymus in cap. 4 Eccl. legit. *Melius est accepto parva cum justitia, quam multa genitima cum inquitate.* Pracecepit Graecē τὸ μέλις, id est, captura, occupatio, possessio.

Primo, Baynus per justitiam accepit elemosynam, q. d. : Melius est modicum cum justitia, id est, cum plus opibus et elemosynis, quam multitudine fructum absque iudicio, hoc est, inquitate et rapina collectorum. Non enim proderunt divites in die ire, nisi ex illis fiat justitia, id est, opera misericordia, quibus iniqtitas rediutor, ut dicit vers. 6.

Secundo, simpliciter et plenius, *justitiam generatim accipias pro complexione virtutum;* q. d. : Salus est habere parvas fructus etopes cum virtute et sanctitate, quam multas cum iniqtitate; quod duplicit fructum absque iudicio, hoc est, inquitate et rapina collectorum. Primò, q. d. : Salus est parvas opes ex labore justo colligere, quam multas ex injusto, v. g., per usuras, fraudes et illicitos contractus. Unde Vatablus vertit : *Pasculum quod cum justitia possidet, praestat preventibus immensis iniqtiae partis.* Secundo, q. d. : Salus est modicum cum justa vita, quam multam cum iniqtitate et iniqtia. Causa est prima, quod justitia et sanctitas manus sit bonum quam omnes open mundi; sanctitas enim est bonum celeste et divinum, adeoque ipsa est summa participatio Dei et divinitatis. Secunda, quod qui modicum possidet cum justitia, gaudent animi pace, tranquillitate, laetitia, cum omnibus mundi bonis antecellit, juxta illud Eccl. 4, 6 : *Melius est pagulus cum reque, quam plena utrapra manus cum labore et affectione animi.* Ubi S. Hieronymus : *Eleganter, at, justitia regnū habet, iniqtia laborum.* Ex adverso qui multa possidet iniqtus et iniqtus, perpetuis agitur conscientia remorsibus et angoriis, item forensibus litibus et molestiis, que omnem opum voluntatem exhaustum et absorbent. Tertia, quod Deus officiat ut justus ex modico commodius, feliciter et sicut laetus vivat, quam iniqtus ex multo; juxta illud cap. preced. v. 16 : *Melius est parva cum timore Domini, quam thesauri magni et insatiabilis.* Vide ibi. Et illud Psal. 36, 16 : *Melius est modicum justus super divitias peccatorum multas, quod aliquid hic Salomon. Melius ergo est parva cum justitia;* melius, id est, feliciter, quietius, letius, diutius, copiosius, uberior est. Hoc est quod ait Christus, Matth. 6, 35 : *Quarite primum regnum Dei, et iustitiam eius; et haec omnia adiutorium tuum.* Ubi S. Chrysostomus notat Deum vestimenta nimis curam temporalium, ut certius eadem à Deo Deinceps providentia obtinet; nimis enim sollicitudo nos ita facit indignos: spes vero in Dei providentia repotita efficit dignos. *Judeo, sit, ista non queri et non curari, non quidem ne accipias, sed ut abundanter accipias.* Nam sollicitudine afficit, et curarum morsibus septem discipit, hisce bonis te facit indignos.

Mystice Beda : *Beati, at Dominus pauperes, quia vestrum est regnum colorum.* Et iterum : *Ex vos dicitur dicitur, quia habetis consolationem vestram.* Potest et sic accipi : *Quia melius sit in simplici conversatione Deo devote servire, quam multis abundantibus virtutibus, verbi gratia, elemosynis, orationibus, jejuniis, doctrina, castitate, ac proximorum facta despiciere, et de sua quasi sublimate gloriari.* (Corn. à Lap.)

